

TAUTOLOGIA TERTIADECIMA.

SI SEPTEM NERVICIS FUNIBUS, NECDUM
SICCIS, & ADHUC HUMENTIBUS LIGATUS FUERO, INFIRMUS ERO.

Indic. 16. vers. 7.

EXPOSITIO LITERÆ.



CCE. alia scena præ se ferens tragœdiam Samsonis, cuius actum primum & ultimum vidimus Tautologiâ præced. Dedit illi infelix in manum, de qua non poteris surgere. Ludis, sed illudêris. Non tendit in ludum hæcine curiositas meretricis, stupescida tot periculis inuitati roboris. Urget livor cuius animum necis hostilem, in inclinabilem tui pravaricationem: igitur virtute ostentabunda illectricem irritas, ac fallendo per iocum in veram fallaciam provocas.

Hæc dulcem curis mistet amaritatem.

Plorabis risus: femina ludibrium convertetur in plandum: quidem quos oculos non habebis ut videas; habebis in lachrymas. Caveat ergo

Quisquis amores

Aut metuet dulces, aut experietur amarus.

Ut accinit Virgilius 3. *Elog.* vers. 109. Iam Israelitarum Republica dicere quibat quod ille alius apud Plautum in *Trucul.* Act. 2. scen. 7. vers. 19.

*Meum herum meretrix blanditijs intulit miserum in
Pauperiem, privavit bonis, luce, honore, amicis.*

Patet in hac pestifera femina vivide monstrum, quod describit Plinius, lib. 8. cap. 21. *Manticora triplici dentium ordine peccinatim coeuntium, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis, modò spicula insignis: vocis, ut si miscetur fistula & tuba concertus, velocitatis magna, humani corporis vel præcipuè appetens.* Per propriè in Lamij, & Harpyis describuntur meretrices. *Facies est ei mulieris & formosa quidem, ubera ac pectora longè pulcherrima; que neque melius pictor possit effingere: color splendidissimus, gratia quadam & venustas ab oculis, & mansuetudo in animum incidit, quoties aliquis eas spectavit: reliqua pars corporis dura, & infrangibilis ob squamas confertas: inferiora sunt serpentis, & quidem horribiliss.* Ita Vinc. Chart. de *Imag.* Deor. in Plut. fol. 200. Virgil. 3. *Aeneid.* v. 216.

*Virginei volucrum vultus: fœdissima ventris
Prolevoles, unæque manus, & pallida semper
Ora fame.*

Vide latè Ovidium 7. *Metamorph.* fab. 1. & 16. *Fasor.* in Dea *Carnea* à vers. 33. *Natal.* Comit. lib. 7. *Mytholog.* cap. 6. Apollonium lib. 2. *Argonaut.* à vers. 266. *Valer. Flacc.* lib. 4. à vers. 420. *Eustach.* in *Odys.* 12. *Homeri.*

*Par fuerat forma superis, humerosque, caputque
Et latera & partes supremas corporis omnes.
Inferius sed enim cauda hinc pendebat & illinc,
Immanis ceteri, tum spinis verberat alti
Terga freti.*

Ait *Natal.* Comes ubi dudum lib. 8. cap. 3. subditque *Chartarius: Cætera quidem animalia viribus expugnant homines: hæc sola fraude ac deceptione: pectora aperimus, & ubera ostentant. Aspicentem beneficijs quibusdam cogunt ad consabulationis desiderium: & hic quidem velati ad mulieres accedit; illa intrepida manent, deorsum in humum sape*

Incautio
Samsonis.

Propert.

Virgil.
Meretricis
diti.

Plaut.

Plin.
Symbola in
Harpyi
Lamij.
Chart.

Virgil.

Natal.

respicentes, ornatum ac pudorem mulieris imitantes; atque ita eum qui propius accesserit, rapiant, namque manus sunt ferarum, quas aliquantisper occultant: ceterum serpens mordens veneno interficit, & cadaver ipsum comedit. Vide plura apud *Delirium in Medeam* Senec. vers. 732. in 3. *Comment.* Sic igitur intelliges illud *Ieremix: Sed & Lamie nudaverunt mammam.*

3 Plura sanè occurrunt: attamen minimè pro textus intelligentia prætermittam, quæ refert *Philostratus* in *vita Apollonij Tyanæi*, lib. 4. cap. 8. videnda etiam apud *Cæc. Rhodig.* lib. 29. cap. 5. & *Maluend.* de *Anti-Christi.* lib. 7. cap. 8. *Menippus Lycius* annos natus circiter viginti & quinque, ingenio potens, corpore verò egregiè exercitatus, ut formosi athleta, liberalisque speciem præ se ferret, erat. Hunc à peregrina muliercula plerique amari putabant. Mulier verò satis pulchra, mollisque apparebat, & divitijs supramodum abundans; quæ artificiosè & ostentationis tantum causa simulabantur. Fuerat autem eius familiaritatem hoc modo consecutus *Menippus.* Cum aliquando solus *Corintho* ad *Cenchreas* proficisceretur, phantasma quoddam illi occurrit, quod se in mulieris speciem formaverat, atque manu apprehendens, dixit: Si vesperi eò ad me veneris, me cantantem audies, & bibes vinum, quale ante nunquam bibisti, neque te rivalis turbabit ullus. Pulchra enim pulchra contenta vivam & moriar. His blanditijs allectus adolescens, amoribus resistere impotens, ad illam venit tanquam ad suas delicias, necdum quale id esset phantasma cognoscens. Hæc verò animadvertens *Apollonius*, primò statuarij instar *Menippum* intuitus, diligenter ipsam designabat & contemplabatur. Ubi verò illum satis agnovisse visus est; O pulcher, inquit, & a pulchris mulieribus expetite, serpentem foves, & te serpens fovet. Cum talia verba *Menippus* admiraretur; hoc propterea dixi, *Apollonius* inquit, quoniam mulierem habes, quæ uxor tua non est: quid verò amari ab illa putas? An eam tibi conuvasa aurea & argentea, divitemque supellectilem. *Tantali*, inquit, hortos vidisti, qui apparent aliquid esse, cum non sint. Neque enim quæ apparet, materia ulla subest, sed materia duntaxat imago. Ut autem cognoscatis verum esse, quod dico; bona hæc sponsa (*Hilpan.* Vivide: *Esta buena alhaja*) una est ex numero *Lamiarum*, quas aliqui *Larvas*, alij *Lemures* appellant. Sunt autem ad amorem & Venerem prona, & humanas carnes vehementer expetunt: venerorum cupidine agitant eos, quos cupiant postea devorare. Ubi verò aurea pocula, & quod videbatur argentum, inania, veni osque ostensa, ab oculis evanuerunt; *Lamia* lacrymanti similis, sese *Lamiam* confessâ est, & voluisse *Menippum* voluptatibus explere, ut eius postea corpus devoraret: confusisse enim pulchrorum iuvenum corporibus vestri, ubi ad summam sanguinis abundantiam pervenissent. Hic (uti magus & insignis, arte daemonis, quem *Paredrum* habebat) scivit, sicut alia multa, spiritum malignum succubum latere sub larva femina. Sic fictas *Sirenes*, & *Empusas* asserit *Leo Castro* in 34. *Isaia*, & *Hieronym.* etiam hic ait: *Lamias*, *Pilosos*, & *Onocentauros*, *Poëtarum* signata, & *Gentilium esse deliria.* Dum ergo in sacra pagina huiusmodi inveniuntur nomina, vel *Hieronym.* umbraticè exponuntur, vel proferuntur iuxta vulgarem sermonem, uti cum dicitur *Titan*, *Hyades*, *Orion*, *Cocytus.*

4 Feram hanc vidisse in *Germania* refert *Albertus Magnus* de *Animal.* lib. 26. In *Danna* valle *Sorec* prius viva & adamata, *Dalila* nomine & re, siquidem exhaurentem, sive sanguisugam sonat.

*Luxurie prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitrijs, hebetat caligine sensus,
Membraque Circæis effeminat atrijs herbis:
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior ulla
Interiùs, fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, torvos arvo circumlinit h ydros:
Illa voluptatum multos intexuit hamis.*

Ait *Claudianus* 2. de *Laudib. Stilic.* vers. 133. Quisnam ab *Hercule* extorsit clavam? *Fœmina*, & propudiosè: ita ut cogere non solum forti, sed homine indigna pati; qui *Bu-siridem* in *Ægypto*, *Antæam* in *Mauritania*, in *Iberia* *Geryonem*, in *Thracia* *Diomedem* superaverat;

*Natus Almena posuit pharetram,
Et minax casti spoliolum leonis,
Passus aptari digitis smeragdoso,
Et dari legem rudibus capillis.*

Quid Lamie
mi
Charta
Thren. 4. 3.

Philostr.
Historia mi
ra Lamie.

Quid Lemures
& Lar-
væ.

Claudian.

Senec.

Crura distincto religavit auro,
Luteo plantas cobibente focco:
Et manu, clavam modo qua ferebat,
Fila deduxit properante fuso.

Quæ nec infantem serpentes, nec iuvenem Hydra, nec virum Cerberus moverant; quem nec tantillum pericula tanta deterruerant; in gremio Omphalæ indigna pertulit, & à se degeneravit.

Idem

Fortem vocemus, cuius ex humeris leo,
Donum puella factus, & clava excidit?

Succinit idem in *Furent. Hercul. v. 464.* Quod quidem uxor eius exprobrat apud Ovidium *Epist. 2. à v. 63.*

Ovid.

Nec te Maonia lasciva more puella
Incingi zonâ dedecuisse pudet.
Maonias inter calathum tenuisse puellas
Diceris, & domina pertimuisse minas;
Non pudet Alcide victricem mille laborum
Rasibus calathis imposuisse manum.
Crassaque robusto deducis pollice fila,
Aequaque formosè pensa rependis heræ.
I nunc tolle animos, & fortia facta recense:
Quod tu non esses iure, vir illa fuit.
Qua tantò minor es, quantò te maxime rerum,
Quam quos vicisti, vincere maius erat.
Falleris, & nescis: non sunt spolia ista leonis;
Sed tua, tuque fera victor es, illa tui.
O pudor! hirsuti costis exuta leonis,
Aspera texerunt vellera molle latas.

Perproprie dicitur, *Falleris & nescis*. Maius periculum in nescientia, quam in fallacia igitur hæc subrepti vanâ fiducia, & serò poenitentia ingeritur, quippe fraus serò cognoscitur. Cuncta hæc furata est Antiquitas ex historia sacra, ut patet ex collatione, mutatis personis Dalila in Omphalem, atque Samsonis in Herculem. Comparationem utriusque fuscè, si lubet, videris apud Serarium hic *quest. 36.*

5. Ergo ad rem doli. Ut iocum ioco Samson compensaret, iam ex primo cognoscens femininarum vafritiem, dolo lactabat femine curiositatem, quin perfidæ præcaveret intentionem. Siccine locum dedit tentanti Lamia, quam ter fecellit. Primæ & secundæ infidie nihil non pleonasmicum sonant; relictis posterioribus, duntaxat de illis agemus. *Si septem nervicis funibus, necdum siccis, & adhuc bumentibus* (inquit) *ligatus fuero, infirmus ero ut ceteri homines.* Hebr. *Si ligare ligatus fuero.* Id est, si arcè, vel stricte ligatus fuero (verbo pro adverbio sumpto, uti sæpe diximus) ut est illud *13. Illiad. v. 37.*

Cap. 16. 7. Verbum pro adverbio.

Homere.

*Pedicas infrangibiles insolubiles, ut firmiter illic
Expectarent redeuntem.*

Septem funibus, inquit. Numerum sic auguror designasse, non ut aliquid magnum, uti cogitavit Arias Montanus, nec quasi aliquid mysterij in illo esset, quasi illa conditione concessa fuisset fortitudo; & acueret feminæ curiositatem, ut magis credula frustraretur sententia, ac excæcaret malitia. *Illâ* (inquit Iosephus) *omni astu utebatur, ut cognosceret Samson verò adhuc mentis compos eisdem artibus contra mulierem utens.* lib. 5. *Antiq. cap. 10.* Septem funes signat iuxta numerum capillorum, id est, nodorum, nexuum plomacorum, cincinnorumque (Hispanicè, *trenzas, madejas*) uti latè dixi *Tautolog. 1. m. 42.* & Iupiter apud Lucianum in *Philopatride* ridiculè inquit: *Si id meæ facultatis fuisset, sacrilegos illos sine fulmine istos vidi ex Olympia digredi nuper, ætonsis mihi duobus cincinnis, utroque sex minarum pondò.* Quo constat septem capillos sumi debere pro nexibus.

Ioseph. Crinis pro capillio.

Mucian.

6. Addit etiam Samson *Nervicis*. Multis placuit, quia Iosephus, quò dudum, dicit *Vitibus flexibilibus, virgeis vinculis*; funes nervicos fuisse sarmenta recenter putata, & retortas quasi Iosephus in toto opere non sparsisset plura ludicra, ut observaverat à DD. emunctæ naris, sequens, utpotè hoc lacte nutritus, Rabbīnorum deliria, qui, ni aliquid ex proprio Marte comminiscantur, nihil grande arbitrantur effutire, quod audacter utique-que fingunt, tamesi Scripturæ Sacræ oppositum. Hic igitur patet. De Samphone inverte-gundè dicit: *Post à patrijs institutis desciscere, & in peregrinos mores degenerare incipit.*

In

In quo apella mentitur aperte, sicut cum subdit: *Quod à muliere deceptus sit, humana infirmitati imputari convenit, prona ad huiusmodi vitia, cetera dignus sempiterna memoria virtutis.* In primis nuptijs, cum exponeretur à parentibus Ethnicus Tammathidis, & quod religio inhiberet alienigenarum connubia, inquit: *Vicit iuvenis pertinacia, lō recutit! Parentes nesciebant* (dicit textus sacer *cap. 14. 4.*) *quid res à Domino ferret, & quare- ret occasionem contra Philistibim.* Desunt exempla alienigenarum in Biblijs: Rahab & Ruth unde? Ipse narrat sequenti capite. Unde aliqua uxores David? Non unquam Iudæorum cessabit audacia in figmenta? Perpende. Unde Rabbīnus somniavit Samsonem levi gloriolâ elatum, postquam occidit mille viros futili inani maxilla? *Quæ victoria* (inquit) *plus satis elatus, & opis divine immemor; cum totum sibi tribueret, quod maxilla tantum armatus subisset, ac fugasset hostiles copias, ingenti siti oborta, confessus nibili esse quantalibet vires humanas, Deo victoriam acceptam rutilit, supplexque rogavit, ut arrogantia datâ veniâ, succurreret, & periculo eximeret. Nec irrita facere preces, sed copiosus fons subitò è quadam petra prorupit.* Observa, quanta comminiscatur contra textum, cum confiet ex dente molari maxillæ proiectæ egressum fontem.

Iosephus in pluribus mtdax.

7. Sic in ligaturis mentitur; quantæ, ut mirabilis diceretur, esset fortitudinis, palmītes, etī fibrosos, ac retortos, frangere? Apage. Verūm mitior sententiam ab aliquid sequi. *Varab. Virgas virides* legit. *Ar. Montan. Viminibus humidis, qua non sunt arida.* Caietanus: *Incerta* (inquit) *est materia horum funicularum; quavis certum sit, quod invenitur, quandoque sicca, & quandoque recens: & si libratum fuerit recens contra exiccationem, apparebit, quòd recens ponitur pro viridi: & significantur funiculi ex virgultis viridibus.* Hos igitur Interpretes fecellit vox *Viridis*, quæ accipienda pro recenti materia, ut constat ex Hebr. *Si ligatus fuero funibus recentibus.* Unde sensus auctoritatis est: Non funiculi, ex virgis; sed ex nervis bubulis, aut taurinis, compingenda vincula, quæ utique funes dicuntur, quia in modum funium, seu restium: idèò *Nervicis* per Hendiadyū: id est, funes ex nervis maculis, nimirum genitali virgâ: quæ vox usitata, *Iob 40. 12. Nervi testicularum eius perplexi sunt.* *Iuvenal. Satyr. 9. vers. 34. Mensura incognita nervi.* *Satyr. 10. v. 205. lacet exiguus cum ramice nervus.* *Alianus apud Gellium in Addit. in lib. 4. cap. 38. Genitalem nervum.* Quin obstat, quod dicitur: *Necdum siccis, & adhuc bumentibus*: imò pro roboris ostentatione omnino necessarium. Nec sicci, nec humidī nervi in nexum apti, neque in ligamen fortes: etenim recenter ab animali extracti, fuciles: & sicci supramodum invalidi, quippe corrupti; sicut dicitur *vulnus siccatum, non quia sine humore; sed quia sine humoris copia.* Ita *Homerus 11. Illad. vers. 267. & 846. Vulnus siccatum est, cessavitque sanguis.* Ita Regia *Compiuten. Funi- bus humidis, non corruptis.* Q. d. *Necdum siccis*, quia tunc extendi possunt, quin rumpantur: *adhuc bumentibus*, quippequā sicci franguntur extensi. Ut ergo resisterē possint robori (*adinstar funium, seu eboridarum*, ut legit Syr.) aliqua humiditate gaudere debent; ut usū habemus in ligaturas, potissimum linguæ nolarum.

Gaietan.

Hendiady.

Iuvenal.

Quid sit funis nervi, ccaiz

Homer.

8. His ergo, quia validissimi sunt, & ad quævis onera sublevanda aptissimi, iubet Samson se ligari. Quapropter dum dicitur *Funes virides, vel virides reses*, non intelligendum de ligaturis, quæ frequenter fiunt ex ramis arborum, ex robore scilicet, & vimine; hæc profectò fuciles omnino, ni recentes. Nervi animalium in opus apti, nec humidī debent esse, nec sicci: quare ut robor magis rutilaret, ait Samson, oportere adstringi nervis necdum siccis, sed adhuc bumentibus. Quod signat *ly Adhuc*, Non ait *bumentibus*, sed *adhuc bumentibus*: id est, cum aliqua apta proportionata humiditate in resistentiam, ut nodi, nexuque indissolubiles ac cæci fiant pro habitudine siccitatis & humiditatis. Unde quod siccum, ne nimia siccitate distat, humectatur: ut patet in corio, & in nervo arcus ad sagittandum, qui linitur adipe, ut aptus sit in ministerium. Eodem sensu dicuntur funes nervici, quo arcus chorda dicitur nervus.

Cur in resistentiam nec humidus, nec siccus?

Primaque per cælum nervo stridente sagitta.
Accinit Virgilius lib. 5. *Æneid. v. 502.* & Silius Italicus de *Bell. Punic. lib. 1. v. 322.*
Aut hydro imbutas bis noxia tela sagittas
Contendit nervo, atque insultat fraude pharetra.

Virgil.

Sil. Ital.

Psal. 102. Paraverunt sagittas suas in pharetra. Hebr. *Super nervum.* Sicut chorda arcus dicitur nervus, quia ex nervis fit, vel ex intestinis animalium præparatis, ut nec nimia siccitate rumpantur, nec nimia humiditate laxentur; ita nervi ad ligaturas. Quid ergo, si faciles rupta? Non misicæ signarent fortitudinem. Sic ergo in discrimen signatur nervorum qualitas: dicunturque nervi pro exclamatione vinculorum, quæ fiunt ex arboribus, quod-

rum usus modò & olim. Unde inter Herculis gesta numeratur solutio Promethæi ex vinculis Oleatri: Natal. Comes 7. Mytolog. cap. 11. & lib. 8. cap. 5. Glauens viteo vinculo ligatus. Huiusmodi vincula, etsi recentia maximam, arida perexigium habent resistentiam. Non sic funes nervici, qui nec sicci, nec recentes, quos Samson Levi motu capitis periculo factò, rupit quasi fila stuppe ad ignis odorem, id est, ad tactum ignis. Ita intelliges quid Odor ignis roties in Scriptura signatum. Iudic. 15. 14. 16. 9. Daniel 3. 94. & Odor aqua, quo lignum germinat, Iob 14. 9.

9 De Milone Crotoniate mira narrantur. Aliquid diximus. Tautolog. anteced. Omnium Athletarum maximè admirabile fuit robur Milonis (infit Natal. Comes ubi supr. lib. 5. cap. 1.) caput nervo tanquam redimiculo inungebat: deinde interclaso spiritu compressis labijs quanta vi maximè posset, cum vena capitis plurimo intumuisent sanguines, nervum disrumpebat. Ubi cubitum lateri admovisset, porrectà dexterà, ac sublato pollice, nemo erat tam fortis, ut illo conatu minimum digitum posset à ceteris seiuungere. Peruncto super disco insistebat, ut omnes qui impetu factò detrudere ipsum conarentur, haberet ludibria. Aptè Seneca Epist. 9. Neceste est (inquit) initia inter se & exitus congruant. Milo exitum habuit miserandum & mirandum (ait Aul. Gell. lib. 15. No. 7. Attic. cap. 16.) cum iam nata grandis artem athleticam desisset, iterque faceret fortè solus, quercum vidit proximè viam patulis in parte mediâ ramis bitantem. Tam experiri volens, an sibi reliquæ vires adessent; immisis in cavernas arboris digitis, diducere & rescindere quercum conatus est, ac mediâ quidem partem discidit, divellitque. Quercus autem in duas diducta partes, cum ille quasi perfectò, quod erat connixus, manus laxasset, cessante vi, rediit in naturam: manibusque eius retentis, inclusisque, stricta denuò & cohesa, dilacerandum hominem feris præbuit. Patet exitus quàm similis. Hic lupis, Samson lupæ tradita præda. Illustre epigramma videris apud Laurent. Hæchtan. Emblem. 61. ac in idem propositum Dionys. Lebeus-Batillius Emblem. 18.

Dum Milo iam senior vesano pectore vires
Concipit integras, Herculeisque pares;
Et manibus robur diducere fissile tentat,
Ecce, manus captas unde referre nequit:
Sicque miser sortem desens, fluidoque lacertos;
Pendet inhumanis præda futura lupis.

10 Non ergo Samsonis viribus Milonis vel verè vel fictæ conferendæ; æquidem Samsonis præternaturales. Quid quòd ille icu taurum occiderit, & per stadium humeris portaverit? Quid ostentatio Eutyri Loerensis? Omnium pugillatorum facile princeps (infit Elian. de Var. histor. lib. 8. cap. 17.) corporis robore incredibili, & immenso admirabilis fuisse creditur. Loeri lapidem ostendunt magnitudine maximum, quem portavit, & antes fores posuit. Samson portas Gazæ & cum postibus & fera humeris portavit usque in montis verticem, qui respicit Hebron, quasi nullius ponderis tanta moles. Intuitu illusttrandi novis illis, inusitatique spolijs Domini tabernaculum, autumat Abulenensis hic quæst. 5. Aliquam umbram apud Ethnicos invenio. Plutarch. in Camill. inquit: Apud eum visæ ianæ aræ, quæ bello captæ,

Multaque prætere à sacris in postibus arma;
Captivi pendent currus, curvæque secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra.

Canit Virgilius in propositum lib. 7. Aneid. v. 183. & Silius Italicus ubi supr. lib. 14. vers. 613.

In foribus sacris, primoque in limine templi,
Captivi currus, belli decus, armaque rapta
Pugnantum daciibus, sævæque in Marte secures;
Profossi clypei, & servantiâ tela cruorem,
Claustraque portarum pendunt.

Videfis alia apud Claudianum de Laud. Stilicon. Sed quid, dum illi claustra portarum, id est, vestes, & Samson cuncta? Nihil pendenda, quæ utpotè mirabilia narrant Plin. lib. 7. cap. 20. Textor. 4. Officin. cap. 53. Cæli Rhodig. lib. 18. cap. 8. Alexandr. ab Alex. lib. 2. cap. 21. & Valer. Maxim. lib. 5. cap. 5. Quasi hæc non sufficerent in commendationem virtutis Samsonis, Philo Biblicus addit insigne mendacium. Unam earum tenebat in dextera sua profuso (quisnam habuit fecum in dextera?) aliam posuit super scapulas, & quoniam non habebat gladium, persequatur in ea Allophilos. Insignis modus præ-

lian-

Rebur Milonis. Natal. Cem.

Seneca.

Mors miseranda. Aul. Gell.

Dyonys. Lebr.

Eutyri viri. Elian.

Portæ urbium in templis tropæum.

Virgil.

Sili. tal.

Phil. Biblic.

liandi I Hebræi per solam infantiam fabulantur: ut dixit de Græcis Marc. Cato de Origin. in princip.

11 Quid quod de arte athletica Romuli refert Plutarchus? Nonnulli aiunt quatuordecim millibus Vicentium cæsis, amplius dimidiâ parte Romuli manibus interfectos fuisse. Idem qui dicit, taxat. Subdit ergo: Id planè fabulosam, omninòque incredibile est. Ita in Vit. Romul. Rutiliæ Samsonis virtus ultra ficta. Tertullian. lib. 3. contr. Marcion. Pro populo solus, nullo mucrone, nec armis, Os retinens asini prostravit corpora mille.

Quid? etiam miraculam aquæ elictæ è maxilla asini à Poetis suffuratam, tributumque Atalantæ, quia illa prior aprum Calydonium vulneravit. Corporis viribus & celeritate pedum non solum fæminas, sed etiam homines anteibat: quæ etiam cum apud Esculapij sanum siti laboraret, dicitur saxum cuspidè percussisse, atque frigidissima aqua è saxo prorumpentem fontem elicuisse. Ita Iliacius in Histor. Etiam industria in venatione vulgo est Virgil. Eclog. 3. v. 91. Atque idem iungat vulpes, & mulgat bircos. Hirs ergo parco, Pettis. Quippe fusc in Epheuer. in April.

12 De diminutione virium Seneca in Hippolyt. v. 843. Sed fissa virtus robore antiquo caret. Trepidant gressus. Variant duntaxat in eo quod Samson, quia amisit capillos, à virtute defecit; et Hercules verò è certamine capillos amisit. Se evasisse glabro duntaxat & calvo capite, pilis defuissis, astruit Delr. in Hercules. Octavo Seneca, v. 363. Sext. Empyricus in Mathem. cap. 16. & Theophilact. in Ionan. Signavimus hic Tautolog. 1. Didasc. 6. n. 31. De morte etiam Samsonis plura fictis personis dixerit. Homerus 7. Odiss. v. 60.

Magnanimi Eurymentontis,
Qui olim superbis gigantibus imperavit:
Sed hic perdidit populam impium, & ipse perijt.

Claret, unde fictæ binæ Herculis columnæ, & facinus Cleomedis Altipalæi, de quo Plutarchus in Romul. ait: Corporis robore ac magnitudine multa edidisse violenta facinora. Gaudium laud literarum columnam, qua culmen suffulciebatur, manus concussisse, mediâque confregisse, itaque domicilio prostrato, oppressisque pueris, cùm insectatores eum urgerent, in arcam ipsam magnam confugisse, operculumque ei obditiçum sic intus tenuisse; ut neque simul conati id evellere, non potuerint: ceterum ij arcam ferro cùm discidissent, neque vivum intus, neque mortuum inventum. Idem asserit Natal. Com. lib. 5. Mytolog. cap. 1. & Ravit. Text. ubi supr. lib. 5. cap. 25. Cogitationem Samsonis capti & cæci in mortem propriam, ac inimicorum insultantium, expressit vividè Claudius 2. in Rusin. à v. 12.

Qua tot depellere fluctus
Arte queam? Premor hinc odijs, hinc mille cingor.
Heu! Quid agam? Non arma mihi, non principis illius
Auxiliatur amor: matura pericula surgunt
Undique, & impositi radiant cervicibus enses.
Quid restat, nisi novo cuncta confundere luctu,
Sontes quoque in populos miscere ruina?
Everso iuvat orbe mori. Solatia leto
Exitium commune dabit: nec terribus antè
Discedam. Cum luce simul linquenda potestas.

13 Hæc quidem pro ornatu facinorum Samsonis ex Ethnicis decerpta. Ergo in fecundas insidias. Denuò ludificandus Samson intendit illudere curiosæ mulierculæ; ut possit illa faciat ferio, quòd ille tantum excogitavit ioco. Vulpinari vult cum vulpe, sed illa callidior. Si ligatus fuero (inquit) novis funibus, qui nunquam fuerunt in opere; infirmus ero; & aliorum hominum similis. Septuag. & Hebr. Si ligare ligatus, pro strictè ligatus vel arctè: Funibus novis. Novis, non respectu antecedentium pro alteris, quod supponitur; sed pro novitate funium, id est, ex canabo, aut lino confectorum. Hic accipienda funes propriè: in priore articulo pro similitudine, quippe nervi propriè funes non sunt, sed adinstar funium. Novique significantur, quasi recenter facti. Homer. 5. Iliad. v. 193. ait: Currus pulchri, recentis compacti, nuper facti. Q. d. Si ligatus fuero funibus validis fortissimis, quo sensu sumenda versio Syra & Arabica: Catenis novis, ferreis: nimirum, funibus validis, sicut ferreæ catenæ, subauditâ similitudinis, seu comparationis notâ. Ira Syr.

Ssss 2

Ma-

Romuli robur. Plutarch.

Tertullian.

Facinus & senis dicitur tributa Petis.

Seneca.

Victoria Hebræi.

Homer.

Unde Hercules columnæ?

Plutarch.

Cladian.

Iudic 16. 11

Novum pro recenti.

Syr.

Et segnem patere sita durescere campum.

Itaque in novali pecus habebatur, & delectabatur, quod herbosum sua sponte, cum inaratum solum est, reddatur. Columella lib. 6. cap. 1. Cum ille, quam maxime subactio & puro solo gaudeat, hic novali graminosoque. Hic Columella pastorum ab agricola distinguit; quod alter subactio, alter novali gaudeat solo. Non facile, comprehendere Turnebi mentem, propositum illi clarior meridiana luce. Absurdumne modo fegetes, modo novalia dicitur, ultra dicit Virgilius. Cultane terræ cessantes; & dum permittitur segnem durescere campum? A vero Turnebus deviat. Iurè impugnat Laurentius Valla, 6. Elegant. cap. 42. d. cens: Ineptum erat deplorare agrum à barbaris possideri, quod non esset restitibilis; sed quod anno interquevisset. Deplorabat igitur agrum, in quo instruendo magnopere laborasset, & novitate ipsa præ ceteris ubertorem datum iri in manus alienas, & barbaras, & impias. Quare ex Virgilij signata auctoritate non inferitur novalia esse prata ad pascua; etsi Apud AA. inveniantur interdum acceptio. Homer. 13. Iliad. v. 703. Sicut in novali boves. & Apuleius lib. 4. Metamorph. inquit lubet novalibus suis confestim bestiam ire. Afruiturque peripicue Columellæ præfata auctoritate.

Pro graminosa seu pratio.

Pro segne. Laurent. Val.

Pro loco herboso. Apulei.

Pro messe in herba.

Juvenal.

Ovid.

Pro alterno sato. Lactant. Plin. Sext. Pomp.

Virgil.

Serv. Pro arvo novo.

Sanct.

La-Cerda.

Ovid. Claudian.

Pro puro solo.

Juvenal.

19 Alij econtra novalia minimè pro pratis accipienda contendunt, nec pro aggeribus demensis, seu restitibus; sed pro elaboratis, lectissimis satis à terra pingui, ut ait Virgilius cit. Eclog. 1. equidem fegetes pulchre ex Ita cultis novalijs. Lamenta ad virides huius mittentur aristas; Nec prius inde domum, quam tota novalia sevos In ventres abeant, ut credas falcibus actam. Accinuit Juvenal. Satyr. 14. v. 147. & Ovidius 1. de Pont. Eleg. 5. àv. 111. Que nunquam vacuo solita est cessare novali, Fructibus astiduis lassæ senescit humus. Alij dicunt novalia esse agros restitiles, qui quotannis feruntur in fegetes, vel fruges, aut referuntur. Ita Varro lib. 4. de Ling. Latin. à novandoque novales dicitur. Lactantius 2. Thebaid. Stacij, Novalia (inquit) que annis singulis situ servantur ad semina facienda. Alij, ut Plinius lib. 18. cap. 19. Novale (dicit) quod alternis annis feritur. Hoc in novali, aq. requieto necessarium est. Feli. Pompeius lib. 12. Novalis ager novo relictijs seminij Virgilius ubi supr. 1. Georg. v. 71. & v. 82.

Sic quoque mutatis requiescant factibus arva Nec nulla interea est inarata gratia terra.

20 Arbitror propriè novalia his acceptionibus dici non posse. Novale est terra primò profecissa vomere, vel ligone occanda in satum, sive plantationem. Servius loc. cit. Virgil. subdit: Propriè novales tunc primùm arva profecissa, vel nova rura, que per singulos annos renovantur per semina. Utrumque amplectitur Dodicij. Sanctius in 4. Ierem. num. 11. Est autem novale (inquit) incultus prius & silvestris ager, recensque aratro ad plantationem profecissus: id est, arvom novum, cum prius foret silva vetus. Aut certè cum diu à vomere atque à semente cessavit, aliquandiu rursus ad satum renovatur. La-Cerda in 1. Georg. v. 71. n. 10. inquit: Non esse dubium doctis, quin propriè ager novalis sit is, qui nunquam antea profecissus, nunquam cultus: sed usu tamen auctorum, iam vox traducta est ad signandum agrum illum, qui alternis cessat, alternis feritur, quasi qui incultus relinquatur, ut novetur. & renovetur. Probat hoc auctoritas Aristotelis lib. 6. Hist. Animal. cap. 22. ubi docens non quotannis incedas equas, ut partus sit validior, ita ait: Necessè omnino est, annum unum interponere, & quasi novale facere. Unde Ovidius 2. de Art. v. 698. Claudian; in Paneg. Manl. v. 175.

Et laudent nudos prata novella pedes. — Nunquam mihi cura tot annis Altera, quam duras sulcis mollire novales.

Idem regerit 1. in Eutrop. v. 454. Varro ubi dudum lib. 2. cap. 44. Rudis dicitur terra, que iam diu culta non est: Restitibilis, que quotannis obstita fuerit: Bervatum, que requiescit interdum. Columella ubi suprà, dicit Purum solum. Nostrates, Brava. Id est, sine labore, inculta: & qua pura ficcine, iam cepta coli; sic dicitur Asperum, purum argentatum, non ezlatum. Juvenal. Satyr. 9. v. 142. & 10. v. 19. Paucæ licet portes argenti vascula puri.

Quod Insectum dicitur à Virgilio 10. Aneid. vers. 528. Ita dicitur Solum purum, vel non edificatum, vel sine herba, ut arca: lancea, vel sagitta pura, que sine ferro, hoc est, tantum hætile, vel arundo. Pura vestis, que non prætexta purpurâ. Catull. Epigr. 16. Tem-

Tempore quo primùm vestis mihi tradita pura.

21 Ex terra igitur pura, nimirum non culta, glabra, tescua, vel silvosa sit novale, dum laboratur: maxime si terra levis, ut observat Hesiodus de Operib. vers. 461. Novalem ferito adduc levem terram: fertiliorque est, quoniam tota telluris pinguedo in sementem, quippe non lassâ. V. omni arato (inquit Plin. lib. 18. cap. 19.) priusquam aris, profundito. Hoc utilitatem habet, quod inverso caspite herbarum radices necantur. In regionibus frigidis Hispaniæ post profecisionem, inverso caspite cum vepribus & gramine, paliuris, arbutis, ac horum radicibus, cremantur (vulgò Rozas) quo in manere non solum quæque terram fugebant, avertuntur; sed etiam cunctorum aliorum cinere pinguefcit novale. Virgil. ubi nuper, vers. 79.

Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum Ne saturare sumpingue pudeat sola, neve Effratis cinerem immundum iactare per agros.

Plinius lib. 17. cap. 9. Cineris usus adeo placet, ut anteponan simo. Vide Dalecamp. hic, Columell. lib. 2. cap. 15. Theophrast. lib. 2. cap. 3. in Histor. & in Casar. lib. 3. cap. 13. Strabon. lib. 6. & 13. ac denique Palladium lib. 1. cap. 33. Nihil mirum, ubi in agris complutis videmus usum calcis, quo latissime pinguefcant in fructus opimos. Unde quia solum hocine labore ferax; quicquid ubertim germinat, in fructusque luxuriat, dicitur novale. Multi tibi in novalibus patrum, Proverb. 13. 23. & Psalm. 147. 12. Quorum filij sicut novella plantationes in iuventute sua: quippe quemadmodum ex novalibus divites fegetes, & arbores pullulantes virent virtute, pompa, & elegantia; ita filij idololatrarum sicut plantationes novellæ. Simili stylo Domitianus, ut refert Suetonius in eius Vit. cap. 7. Ad summum quondam ubertatem vini, frumenti verò inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi arva; edixit, ne quis in Italia novellaret: Id est, plantationes novas vitium faceret. Hispan. Majuelo. Non fugit dicacem Apolloniam, qui audito decreto, dixit: Hic præclarus imperator, qui mares castravit, & terram eunucham fecit. Si alia desiderantur, adi Gregor. Tolos. Syntagm. iur. lib. 1. Pontan. in 1. Ovid. de Pont. Eleg. 5. & Ioan. Schild. in loc. cit. Sueton.

22 Modò proclivè intelligenti testimonia sacra de novalibus, sub quorum metaphora, intendunt fieri Vates homines converti ad cor. De homine sæpe dicitur, quod licet humana, terra sit, cuius cor elaboratum aratro legis, accepto semine, verbo videlicet Dei, fructificat in vitam æternam. Mitte falcem, & mete, quia venit hora, ut metatur; quoniam aruit mensis terra. Alias, sine lege quid ut terra maledicta potest germinare præter spinas & trbulos? Non putabitur, & non fodietur, & ascendet vepres & spina. Iai. 5. 6. & Ovvenus lib. 3. Epigram. 30.

— Si non renovetur aratro, Quid nisi cum spinis gramem habebit ager?

Unde cum homo, quod seminaverit, metat, & quantum seminaverit; qui parcè seminaverit, parcè & metet; & qui seminaverit in benedictionibus, id est, abundè, de benedictionibus etiam metet. Qui seminavit in carne (ait Apollolus ad Galat. 6. 8.) de carne & metet corruptionem: qui autem seminavit in spiritu, metet vitam æternam. Non à femine provenit, quod cuiusmodi terra nec arari possit, nec ex illa aliquid meti; sed à malitia inhabitantium in ea, abimentium post pungentium affectionum mala. Non disposita corda, quanvis semen bonum sit, utpotè verbum altissimi Dei.

23 Urgent Prophete, ut prævaricatores ad Dominum convertantur toto corde, facientes fructus dignos penitentia; & dicunt: Novate vobis novale. Parum refert seminare, & terram colere; si novale non est: etenim cum in novali vel radices extirpentur, postque, ne humiditate telluris sit radix germinans furfura, cuncta exorantur; modò vitionum radices lateant, ac stirpitus non evellantur, non est conversio totalis ad Deum, sed feminatio verbi Dei inter spinas, que exorta suffocant fegetem. Vide quæ diximus Tautol. antecèd. à num. 13. ad illud: Declina à malo & sic bonum. Hinc additur: Nolite serere super spinas: equidem nã hæ extirpentur, amittitur fructus, agetque cordis potius fuditur in herbas vitiosas, quam in fegetes opimas. Arastis impietatem, iniquitatem mesuistis, comedistis frugem mendacij, subdit Oleeus vers. 13. Tam carnis cupiditates, quam rationalis appetitus nobiles operationes seminare in terra cordium cupiebant Hebræi. Vivere sibi, & vivere Deo: hunc venerari & simul idola; uti dicitur de Gentibus translatis in regionem Samaritæ a rege Assyriorum, 4. Reg. 17. 33. Cum Dominum colerent, dijs quoque suis serviebant iuxta consuetudinem Gentium: quasi esset consortium inter

Catull.

Hesiod. Plin.

Cinis in fertilitatem.

Virgil.

Novale pro spinis & uberi.

Quid sit Novellare? Sueton. Philostr.

Pro renovatione vite.

Apoc. 14. 15.

Ovvenus

Car cor bonum dicitur Novale?

Ierem. 4. 3. Oleeo 10. 12

Nihil mali reliquendum in vite renovatione.

tenebras & lucem, consensus templi Dei cum idolis, & locus proprius Dagonis non esset terra in a coram Deitatis arca. Unde dicitur: *Seminate in iustitia: innovate vobis novale.* Ubi Theodoretus: *Radicius evellite memoriam idolorum:* igitur in vera novalia, prillini virulentii amaroris radicem nec memoria.

Verf. 12. Theodor.

Quando novale factum faciendum?

Ovid.

24 Novale sanè asseritur, sed additur à Jeremia meditante *Novate.* Ab Osea: *Innovate.* Novale factum, sed quia perperam factum, denud faciendum. Non sufficit sicut in Hydra hoc aut illud caput amputare, si aliquid restat, septem alia capita ex amputato repullulant.

Symmach.

Quintil.

Paulin.

Non novale sine fructu.

Syr.

Hieron.

Vita religiosa non novata, sed perfectenda.

Paul.

Senec.

Quid tropologicè novit?

Leo Pap.

Tertull.

Chald.

Quaque redundabat fecundo vulnere serpens Fertilis, & damnis dives ab ipsa suis.

Uti canit Ovid. *Epist. 9.* verf. 93. Aliqua radix demergitur altè, ne sit conversio (quæ novale) ad Dominum toto corde. Cuncta superflua, hoc est, cupiditates, cordis idola, vicerum vepres, non solum vitia, sed vitiorum radices amputandæ sunt, & prorsum evellendæ. Quare est novale factum in conversione ad Dominum, quia non factum toto corde, iterum atque iterum est faciendum, quousque constet verè proprièque novale, cunctorum obicium averruncato & ustione. *Purificamini Domino,* legit Symmachus. Non sit cor cum præputio, quum circuncisa obijcitur caro. Ergo abscindenda de agro cordis cuncta, quæ pungunt memoriam, & lacerant denud laceratam conscientiam. Hoc est novale. *Ingentibus lacertis humum fodere, sœnemque futuris novalibus eruerè sivoam:* uti ait Quintilianus *Declamat. 3.*

Ut simul & nova vita sit, & prudentia cauta, Temperiem mentis gemina ex atate trahamus.

Accinè Paulinus, ubi dudum, verf. 176. Aliàs ut dicit Jeremias 12. 13. *Seminaverunt triticum, & spinas messuerunt: hereditatem acceperunt & non eis proderit. Confundemini à fructibus vestris.* Et Osea 8. 7. *Ventum seminabunt, & turbinem metent.* Quod in novale videtur iam aptum, totum apparet in fructificationem indispotum. Iccirco Arabi legit: *Arabant sibi arva & non metent;* quippe ad novale minimè novale factum, hincque renovandum in fructum. *Arate vobis arationes,* Syr. Arata in novale terra; sed novale novandum, quia terra prillinis radicibus in novale non purgata. Quid dicemus, qui ex infitroto vocati sumus in Dei lumen & regnum? *Novale?* inquit Hieronymus *est ager primis profissus.* Ex saculo in novale aratum cor. Minimè, obsecro, necessarium sit novare novale. Militat & barbarè dæmon in nos, ut occultis pravis radicibus proventum cœlici feminis impediat, vel saltem retardet. Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Barbarus has segetes? Nullo modo. Audite ita dignati Paulinum, verf. 183.

Fons nitet, mirique simul novat, atque novatur: Namque hodie bis eam gemina novatio condit. Fonsque novus renovans hominem, quod suscipit & dat Manus, seu potius quod desinit esse per usum, Tradere divino mortalibus incipit usu, Dum sinit esse novus: sed tali munere semper Utendus, nunquam veteres renovare facebat.

25 Modicum fermentum totam massam corrumpit, unde fermenti veteris vitæ, quæ omnino spinosa, nec modicum. *Omnes vivere beatè volunt* (ait Senec. de *Vit. beat. cap. 1.*) *sed ad pervidendum, quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant.* Decernatur itaque & quò tendamus & quid. Non conceditur manna, ni deficiat esca Ægypti: verum deficit panis de cœlo, ubi inferitur de mundo. Expurgate vetus fermentum, ut sicis azygni, id est, novales, sine reliquijs antea vitæ, sicut in novale præparatur terra, quò nec vitgultum remanet, ex his quibus prius scatebat silva. Ita intelliguntur plura è facta pagina. *Nova conspersio:* 1. Cor. 5. 7. *Nova creatura:* 2. Cor. 5. 17. Galat. 6. 15. *Novus homo:* Ephes. 2. 5. 4. 24. & Colof. 2. 10. *Vita nova:* Hebr. 10. 20. *Novitas vitæ.* Rom. 6. 4. *Spiritus.* 7. 6. *Novitas sensus.* 12. 2. *Nomen novum.* Ifai. 62. 2. & Apocal. 2. 17. Hoc est, ita renovandus est homo in spiritu, ut idem alius in sensu, in vita, ut terra nova. *Cum essemus mortui peccatis; convivificavit nos Christo, ut essemus in ipso nova creatura, novam figmentum,* ait Leo Magn. *Serm. 1.* in *Domin. natiuit.* Et Tertull. lib. 1. *Contr. Marcian.* cap. 20. *Renovate vobis novamen novum:* & denique *Advers. Iudeos,* cap. 3. *Innovate novitatem:* equidem non est arare, ni sit in fructum. Pascit, qui negligit, ventum. Chald. *Nolite esse similes his, qui seminant triticum in agro inculto, & non inventiant quod colligant, nisi spinas, & ex fructibus eorum non est illi utilitas.* Terra quodomocumque

sit, semper disponatur sive rudis, sive scetilis, ut fructus ferat sine spina, sine herba, ut tota & totaliter hereditas Dei sit. Cinere ergo fecundetur, quippe cor memoriâ mortis in sempiterna excitatur; igitur cognoscit uti sentes, quæ blandiuntur voluptates. Profundatur vomere, ut opus sit sine spinis, eò nocuoribus, quò fugiunt oculos, ut pungant animos. Averruncetur quæque nequam radices, & cognoscantur ut nequam. Idè Chald. *Facite vobis opera bona, & ne quaratis salutem in peccatis.* Syr. *Accendite vobis lucernam:* ut videatis in fugam, quod latet malum, coëantque olim fundata novellis. Ecce novale pulcherrimum, uti ait Paulinus verf. 195.

Quomodo renovanda terra cordium?

Idem homo sit novus & vetus interit ecce. Suntque simul vetera & nova: nec nova, nec vetera aquè Non eadem simul, atque eadem; quia forma futuri Presentisque boni est: namque & nunc utile nobis Deserto veteris vite squallore, novari Mente piâ, Christumque sequi, Regique parari. Hæc eadem species, veterem depomere formam, Et gestare novam.

Paulin.

26 Ita ergo terra cordis fert fructum, sitque ex illa proficissâ, maximè criminum dolore, novale; modò cuncta eò levia recessentur. *Terram cum primùm arant* (ait Columell. lib. 1. cap. 29.) *proficindere appellant: cum iterum, offringere dicunt: tertio cum arant iacto semine, lirare dicuntur: id est, cum tabellis additis ad vomerem, simul & factum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas, quo pluvia aqua delabatur.* Etiam Plinius lib. 18. 20. inquit: *Aratione per transversum iterata: occatio sequitur, ubi res possit, crate, vel rastro, & sato semine iteratio: hæc quoque ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabulis aratro adnectis, quod vocant lirare.* Hoc intelligitur versio Avenarij, qui pro *Novate novale,* legit: *Lirate vobis liram.* Idem ac *Arate arationem.* Hebr. *Sulcate sulcum:* nimirum, profundè arate; ut avellatis cuncta futura trugi nocentia, & sit novale novum, videlicet, eximium, latum, fructiferum, incundum, delectabile, dignumque labore. His præmissis elucet quid intendatur ex geminatione. Per æquivalentiam veritur, ac solvitur Pleonasmus, tam in verbo, quam in nomine. Sic *Novate novale,* q. d. fodite, profundite terram in novale. Ita Pagnin. *Arate arum:* igitur novale sit ex terra inculta proficissâ. Actio exponitur pro materia, vel obiecto actionis, uti *Sacrificate sacrificium; laudaverunt laudem: concupierunt concupiscentiam: vidi visionem,* & alia de quibus sæpe egimus, & Hebraïsmum docuimus in *Prolog. Galeat. S. 4. n. 10.* Sub huiusmodi terræ novalis metaphora Israelitas alloquitur Dominus per Prophetas, ut convertantur in bonam frugem. Quare testimoniorum sensus est: *Innovate vitam, odio habitâ iniquitate, ut cor campus Dei in novale florescat novum, admirabile ac prætantissimum. Unde Iustinus Dialog. cum Trypphon. inquit: Ne super spinas serant, unde nullus ipsi fructus nascatur; sed Christus, qui ipsi novale pulchrum, & pingue in cordibus eorum.* Vide alia apud Cyprian. lib. 1. *Testimonior. cap. 8.*

Labor telluris fit cordis. Columell.

Plin. Quid est, si ræce terca? Avenar.

Æquivalentia nominis & verbi.

Actio pro materia, vel obiecto actionis.

Iustin.

27 Veriones iuxta opportunitatem expositionum principalis Tautologia, sunt ordine collocata. *Si septem nervicis funibus, necdum sicis & aabus bumentibus, ligatus fuero.* Pagn. *Septem virgibus viridibus.* Ar. Montan. *Viminibus humidis, quæ non sunt arida.* Caietan. *Funibus recentibus.* Vatabl. *Vinculis virentibus.* Maluend. *In septem vestium viridium, rudicibus novis, quibus non est factum ministeriale.* Septuag. *Septem nervis humidis.* Ioseph. *Septenis palmitibus novis.* Chald. *In vœtibus novis.* Syr. *Catenis novis.* Arabic. *Catenis ferreis.* Reg. Complut. *Funibus humidis, non corruptis.* Ergo ad mores, ne ligemur peccatorum catenis, imò novale efficiamur in oblectamentum Conditoris.

Varietas lecti.

Septuag. & Arabic.



ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. ex-
curf.

1 Si septem nervicis funibus, necdum sic-
cis, & ad huc bumentibus ligatus fuero;
infirmus ero, ut ceteri homines: dicit ve-
rus Hercules Samfon, sed per ludum, in
signum virtutis Martyrum: equidem di-
vinâ gratiâ prius rumpebantur ferrea ty-
rannorum vincula, quam fragilia e carne
corpora.

2 Si septem, &c. Ex robore laqueorum,
Samfon se probat invictum: rumpit gra-
tia quæque corde resistentia, fitque homo
infirmitior, dum sibi videtur fortior: equi-

dem tunc gratia eminet, quàm plus ma-
licia resistit.

3 Si septem nervicis funibus, &c. Samfon
cuncta fortia rupit, levia neglexit: & cor-
ruit factus infirmus, uti ceteri homines;
ut cuncti discant ex casu, cavere à levi
periculo: igitur quia abdidit levia, non
potuit rumpere fortia.

4 Si septem, &c. Vincit, dum vinci posse
dissimulat; & tunc artè regiminis elevat:
quandoquidem oportet in prudens regi-
men, dissimulatione simulare potestatem.

DIDASCALIA PRIMA.

Virtus Martyrum supra virtutem.

Virtus Mar-
tyrum mira-
bilis.

1 Plura fortia facta diximus à plu-
ribus vi naturæ, mirabiliora
exponemus virtute gratia: equidem qui fra-
gillî corpore vicerunt mundum, dedit cœ-
lum in portentum.

Medios traduntur in ignes
Nil urente vago, tantoque ardore calentes
Cordis, imagine vincunt incendia pœna
Igne animi. O Quanta est credentium glo-
ria! Flammi

Sedal.

Ardentis fidei resistentia est flamma camini.
Canit Sedulius lib. 1. Carmin. v. 200. Alij
ludibria & verbera experti, insuper & vin-
cula & carceres lapidati sunt, secuti sunt, ten-
tati sunt, in occasione gladij mortui sunt.
Ceterum quid? Mira res! Samfonis illis ad-
hæsit nobilis honos: etiam morientes vici-
runt vulneribus inimicos. Atruat vel Ethni-
cus. Ex istis que terribilia videntur (ait Se-
neca Epist. 98.) nihil est invictum. Singu-
la vicere iam multi. Ignem Mutius, crucem
Regulus, venenum Socrates, exilium Ruti-
lius, mortem ferro adactam Cato.

Vitii vitio-
ret.

Uno se pectore cuncta vetustas
Condidit, & maior collectis viribus exit.
Minor aptius, & totis collectis viribus:
quandoquidem Christi halitus non requie-
vit athletarum, quousque victores perveni-
rent in cœlum. Si septem nervicis funibus,
necdum sicis & ad huc bumentibus, ligatus
fuero, infirmus ero, ut ceteri homines: di-
xit verus Hercules Samfon, sed per ludum:
equidem virtute mirâ, prius fortia rumpe-
bantur vincula, quam fragilia carnea cor-
pora. Infirmitas hominis ex debilitate car-
nis; etenim constat corpus ossibus & carne
& nervis. Unde à tyrannis cogitata infir-

Seneca.

Claudian.

Iudic. 16. 7.

Illorum vir-
tus non fra-
cta.

mitas, maior Martyrum constabat virtu-
tis integritas: quandoquidem parebat fra-
ctum vulneribus corpus, ceterum non fracta
virtus.

2 Dixi Tom. 1. Tautolog. 1. Didasc. 10.
num. 10. & Tautolog. 5. Didasc. 19. num. 2.
de flexibilitate vitri. Sub Tiberio visam; al-
ferit Plin. lib. 36. cap. 26. Rhodig. lib. 20.
cap. 30. Dio in vit. Tiberij lib. 57. & Isidor.
lib. 16. Etymolog. cap. 16. Sub Nerone ex
ipso Plinio affirmat Eberhart Uveihe de
Speculorum Origin. num. 24. Petronius in
Satyric. fol. 21. inquit: Faber fuit, qui vi-
treâ vasa fecit tenacitatis tantæ, ut non ma-
gis, quàm auræ vel argenti, frangerentur.
Quum ergo phialam huiusmodi de vitro pu-
rissimo & solo, ut putabat, dignam Casare
fabricasset; cum munere suo Casarem adiens
admissus est. Laudata est species muneris,
commendata manus artificis, acceptata de
votio donantis. Faber, ut admirationem in-
tuentium verteret in stuporem, & sibi ple-
nitiis gratiam conciliaret Imperatoris, peti-
tam de manu Casaris phialam recepit, eam-
que validius proiecit in pavimentum, tanto
impetu, ut nec solidissima & constantissima
æris materia maneret inleesa. Casar autem
ad hæc non magis stupuit, quàm expavit: at
ille de terra sustulit phialam; qua quidem
non fracta erat, sed collisa, ac si æris substan-
tia vitri speciem induisset. Deinde martio-
lum de sinu proferens, vitrum corvæ aptif-
simè, & tanquam collisum vas æneum cre-
bris ictibus reparavit. Hæcænus Arbitrè.
Ut ars huiusmodi vertatur in usum, signat
Plinius loc. cit. vitri recoctionem: unde
concludit: Peractis omnibus, qua constant
in-

Vitrum sua
xibile.

Petr. Arb.

Arts scien-
di.

Plin.

in-

Everhart.

Quorundam
Chymicæ

Petron.

Sanguis Mar-
tyrū fragili-
tatis robur.

Seneca.

Ovid.

Cyprian.

Virgil.

ingenio, artem naturâ faciente, succurrit
mirari, nihil penè non igne perfici. Everhart
quò suprâ, inquit: Si sanguis birci, & cine-
res vitri aquis portionibus mittantur in ac-
tum, deinde chymico organo distillantur, &
in exceptam aquam vitrum maceretur; pli-
cabile, ceræum ac ductile fieri. Hæc requisi-
ta: sed quorsùm hæc? Aprè exclamat: Euen-
tus respondit hunc articulum artis Chymi-
cæ esse vanum: & serè totam Chymicam esse
artem sine arte, partem sine parte, cuius ini-
tiam est mentiri, mediū fallere, finem men-
dicare.

3 Huiusmodi ars tantum visa in lege
gratiæ, constante vitro fragilissimæ naturæ,
qua Casares Ethnici stupuerunt, & quasi
percolli exparant. Dum Tiberius artem ab-
olère voluit, tunc ostendit. Quæsit enim
Casar (inquit Petronius) an aliquis sciret
hanc condituram vitrorum: quod quidem ne-
garet, cum decollari præcepit. Effundere
iussit artificis sanguinem, & simul ostendit
condituræ virtutem: igitur si in carne elucet
vitri debilis inanimas; iam non fragilitas in
fragilitate corporis, quod fortiter perseve-
rat usque in effusionem sanguinis. Tyranni
carnem collidunt, verum Martyres non
frangunt: etenim quam vitri arbitrabantur
futilem fragilitatem, in æris videbant per-
transisse duritiem. Ignibus traduntur, aquis
præfocantur, macerantur aceto, coquantur
foco, rediguntur in cineres; nec ideò
fragiles: quandoquidem æris solidissimi ca-
ro monstrabat virtutem, dum videbatur vi-
tri præferre speciem. Bonus miles (ait Seneca
de Vit. beat. cap. 15.) feret vulnera,
enumerabit cicatrices, & transferberatus
telis, moriens amabit eum, pro quo cadet,
Imperatorem: habebit in animo illud vetus
præceptum: Deum sequere. Boni milites
Martyres, sequentes Imperatorem Christum,
dum altis vulneribus cadunt; igitur cadentes
victores exsultant. Non luctatoris insigne
soliis eluceat,

Qui, mirum, victor, eum cecidisset, erat.
Inexpugnabilem fidem superare non potuit
(inquit Cyprian. lib. 2. Epist. 6.) scævius
diu plaga repetita, quanvis rupta compage
viscerum, torquerentur in servis Dei iam
non membra, sed vulnera. Steterunt torti
torquentibus fortiores.

Neque his fuga nota, nec illis.
Sed ceciderunt victores, tormentis valentes:
igitur sanguine effuso; æs, aurum, ada-
mas vitrea videbatur caro.

4 Lapide Philosophali factum cuncta
transformari in aurum. Quod irritum ava-
ritiæ cupiditati, Martyrum patet pretiosis,

simâ virtute. Non adequabitur ei aurum
vel vitrum, dicit Iobus. Vitrum ne pretio-
sius, ut referatur post aurum? Dicit aurum,
vel argentum: verum vitrum? Summè fra-
gile: ideò maioris momenti. Non mirum,
quod in auro pertinax resistentia; equidem
materia & pretiosa & solidissima: mirum,
quòd ars ostenderet vitrum solidissimum
ut aurum: daturque æstimabilis pretiositas,
ubi relucet tantam fragilitas; quippe nil
magis pretiosum, quam virtus auri, in fra-
gilitate vitri. Non adequabitur ei aurum
vel ad mas, legunt alij. Vide Sanctum. Ex
utraque voce super aurum constat pretiosi-
tas vitri: unde hic Mellius de Soufa succi-
nit floride:

Rutilo fulgentior auro,
Perspicuum superat vitrum.

Adamas emblema invictissimi roboris: at
vitrum futilitatis: simulque exponuntur au-
rum & vitrum, vitrumque superans aurum;
quoniam excedit amplioem pretiositatem,
habere vitrum adamantis virtutem. Natura
vitri debilis, vel tactu frangitur: adamantis
verò stabilis, nec percussione percutitur:
unâ demonstrantur vitrum & adamas; ut
clareat vitri cum novitate pretiositas: igitur
novum, vitrum ita propriam excessisse con-
ditionem, ut adintra adamantem habere
soliditatem.

5 Virtuti strenuæ Martyrum debebat
tur huiusmodi portentum, contra ingenia
dirissima tyrannorum. Caro nostra ænea
non est, sed sensu fragilior, quò fragilior.
Vi cruciaminum, rupto vel compage visce-
rum, videbatur tyrannis, quòd vinci possent
Martyres, uti homines. Fraudati sunt voto,
estò fragilis corporis caro: rumpebanturque
implacabili irâ, amissa præcogitata victoriâ;
quippe inveniebant soliditatem auri, quo-
rum in corpore fragilitas vitri. Nesciebant
hanc condituram vitrorum, ut fragile fieret
firmiter: cum starent torti Martyres torquen-
tibus carnificibus fortiores, imò ridentem
tormenta, quasi delicia cruciamina, & me-
dicamina vulnera; amotâ tyrannorum men-
te, & super aurum vitri offensâ pretiositate:
siquidem si in carne virtus; caro fracta vir-
tus firma, quin frangeretur, cruciatibus
fracto corpore, quò supebant crudelissimi
tyrannisenim mirabantur visis vulneribus
corporis, in fragili conditione conditionem
adamantis. Phrasis miræ Scripturæ, qua ex-
primitur, quid fecerit Nabuzardan ex spo-
lio Sanctuarij Ierusalem. Cuncta sepovuit:
Que aurea, aurea: que argentea, argentea,
Malvend. Quod aurum, aurum: quod ar-
gentum, argentum. De sensu literali dice-

Iob 28. 17.

Erat virtus
auri in fra-
gilitate vit-
tri.

Soufa,

Et resistentia
adamantis.

Virginam
Martyrum
virtus.

Et pretiosita-
tas.

4. Reg. 251
15.

Malvend.